



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

LV. De Basilica exstructa apud Antiochiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

CAPUT LV.

*Everso fani apud Aphaca in Phœnice,
& impudicitia abolito.*

Posthæc Imperator velut lucidissimam facem ex specula quadam at tollens, undiq; regalibus oculis circumspiciebat, sicubi forte aliqua adhuc erroris reliquia abditæ superessent. Ac veluti Aquila pennis in cælum usq; subvecta, cum acutissimo visu prædita sit, ea quæ in terris longissime distat, ex sublimi facile despicit: sic ille dum in pulcherrimæ urbis suæ palatio versatur, perniciosam quandam animarum decipulam in Phœnice latere, tanquam è specula prospexit. Lucum scilicet ac templum, quod non in media urbe, nec in foro aut plateis positum erat, cuiusmodi multa visuntur in civitatib; ornamentis causâ ambitiosè ædificata; sed devium, procul à triviis & publico calle; fœdissimo dæmoni quem Venerem appellant, in parte verticis Libani montis apud Aphaca consecratum. Erat illic schola quædam nequitia, omnib; impuris hominibus, & qui corpus suum omnilicentia corruperant, aperta. Quippe effeminati quidam, & femina potius dicendi quàm viri, abdicata sexus sui gravitate, muliebria patientes, dæmonem placabant. Adhæc illegitimi mulierum concubitus & adulteria, fœdâq; ac nefaria flagitia in eo templo tanquam in loco ab omni lege ac Rectore vacuo, peragebantur. Nec quisquam erat qui ea quæ illic gerebatur observaret, propterea quòd nemo vir gravis ac modestus eò accedere audebat. At non etiam Imperatorem maximum latere potuerunt quæ ibi perpetrabantur scelera. Sed cum ea ipsemet Imperatoris providentiæ oculo inspexisset, huiusmodi templum indignum censuit quod Solis radiis illustraretur. Proinde illud unâ cum simulacris ac donariis totum funditus everti iussit. Confestim igitur protervi erroris machinamenta Imperatoris præcepto dissipata sunt; militibus ad purgandum locum operam suam præstantibus. Et qui lascivix antea dediti fuerant; Imperatoris minis conterriti, modestè se gerere didicerunt. Pari modo superstitiosi Gentiles illi, qui sibi multum sapere videntur, modestiùs agere sunt edocti. Qui quidem etiam ipsi suam stultitiam ac vanitatem reipsa didicerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΕ.

Τὸ ἐν Ἀφάκῳ τῆς Φοινίκης ἱερὸν εἰδωλῶν, καὶ τὸ ἀσεβὲς αἰμαίνεσις.

Επὶ τούτοις βασιλεὺς ὡσπερ τὴν πύλιν κρύφειον πλανῆς λειψανον, ὁμοίᾳ βασιλικῶ ἀπειροκόπει· οἷα δὲ πρὸς ἕρανοπέτης τῷ ὄξυωπέσατο, ἀνωθεν ἀφ' ἡλίου τοῦ πορρωτάτου διεσῶτα καὶ τῆς γῆς ἰδοί. ἄλλοι δὲ τὰ αὐτῶ καλλιπόλεως τὴν βασιλικὴν φιπολεύον ἔσιαν, δεινὸν π' ἡσυχῶν ἕρανοπέτης. Ἐπὶ τῷ Φοινίκων λειψανον ἔθνεσ, ὅσῳ δὲ τῶ στωεῖδεν. ἄλλοι δὲ τῶ ἦν καὶ τῶ μέρησιν πόλεσιν ἐδ' ἐν ἀγοραῖσιν καὶ πλατείαισιν ὁποῖα τὰ πολλὰ κόσμη χάριν ταῖσιν πᾶσι φιλοδιμεῖται· τὸ δ' ἦν ἐξ ὧ πάτα, τριῶν καὶ λεωφόρων ὄντων, αἰχρῶ δαίμονα ἀφ' ἡσυχῆσ, ἐν ἀκρωτηρίᾳ μέρησιν τῶ Λιβάνου ἐν Ἀφάκῳ ἰδοιμῶν. χολήσιν ἦν αὐτῶ κακῶν πᾶσιν ἀκολάσῳσιν, πολλῆτε βρασὼν δὲ ἐστὶ τὸ σῶμα. γυνῶδες γένεισ ἀσθενῶν ἀνδρῶν, τὸ σεμνὸν τῆσ φύσεωσ ἀπαρρησασμένοι, ἐπὶ λείαν νόσῳ τὴν δαίμονα ἰδοιμῶν τῶν αὐτῶ ἀσθενῶν ὁμοίαι, κλεψύμασιν ὁμοίαι, ἀρρησῶτε καὶ ἀπρῶτοι πρῶσ, ἐν ἀνόμῳ ἔστος ἀτῆ χῶρεσ καὶ τῶσιν ἐπέχειρεῖντο. ἔφορεσ τε ἐδ' εἰσ ἦν τῶν περὶ τῶ μείων, τῶ μῆδ' ἐνα σεμνῶν ἀσθενῶν αὐτῶν τολμᾶν παρῆσαι. ἀλλ' ἐχὶ καὶ βασιλεῶσ τῶ μέγαν οἷα τ' ἦν τὰ τῆσ δρωῦμα λειψανον ἀντοπήσασ ἡ καὶ ταῦτα βασιλικῶσ ἀσθενῶσ θεία, ὅσῳ ἀξίον εἶναι ἡλίεσ ἀνγῶν τῶν τῶν νεῶν ἔκευεν. αὐτοῖσ δ' ἀφιερῶμασιν ἐν ἕρανοπέτῳ τὸ πᾶν ἀφανισθῆναι κελῶεν. ἐν τῶ αὐτῶ βασιλικῶ νεύματι, τὰ τῆσ ἀσθενῶσ πλανῆσ μηχανήμασ. χεῖρεσ στρατιῶν τῶ τῶτε καθάρσει δικονεῖτο. Καθῶσ δ' ἐμάνθανον ἀπειλῆ βασιλεῶσ, οἱ μῆδ' ἀκόλασοι. ὡσπερ ὄν ἔστων δ' ἀσθενῶσ Φῶν ἑλλήνων οἱ δεῖσι δαίμονεσ, οἱ καὶ αὐτῶ σφῶν ματαιότησ ἐργῶ τὴν πείραν ἕρανοπέτῳ.